AMBROSIASTER
Freising, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 182
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

deseruiunt? de altario participant; In sacrariis legem gentilium
significat. In altario uero iudaeorum; Sic enim decreuit dns per moysen
ut de his quae oblatae pastem sumerent sacerdotes; Ita et dns ihs or
dinauit eis qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuere. Nonne
dns per moysen gentilium formam sequutus est. Sed ipsa naturae ratio
hoc habet ut quis inde uiuat ubi laborat. Hanc ergo rationem ipsi
naturae et conuersationi humanae detreuit. Haec tamen ad cumu
lum adhuc addens grauat causam ut non leue faciat peccatum otiosum quod
tantis testimoniis commendat et non tamen sibi proficere uult per libe
rtatem arguendi humilitatem; Ego autem nullo horum usus sum. post quam
multis modis ostendit licere accipere. sibi tamen non oportere; et obest enim
accipere apostolis; sicut supra memorauit; Non autem scripsi haec. ut
ita in me fiant. bonum est enim magis mori. quam ut gloriam meam quis
euacuet; Gloriam suam dicit in eo si euangelii seueritas maneat;
et mori magis elegit? quam euangelii iura uiolare. Scienes hoc ma
gis sibi proficere ad futuram salutem. debitum enim obsequium abnuit ab his
sibi impendine propter hoc accipiant fiduciam delinquendi. Praesertim euange
lizauero non mihi gloria. necessitas enim mihi incumbit? sicut dicit dns;
Cum feceritis quae dico uobis. dicite serui inutiles sumus quae debuimus
facere fecimus; Ue enim est inquit mihi si non euangelizauero; Missus sum
enim seruus a domino. facit et alia seruus inutilis quod sibi praeceptum est, si quomi
nus adstringat? plagis necesse est; Deniq; moyses inutilis missus est ad pha
raonem et ionas coactus est praedicare nenenitis; Nam et si uolens
hoc ago mercedem habeo; Mani festum est qui nimio accepit remune
rationem et rem quam inutilis agit. Si enim uoluntarius dignus mercede
est? qui consentit domino. et quod uoluntate fit melius fit; Si autem inutilis
dispensatio mihi creditae. Et hoc obscurum est; Quia qui inde uiuit
aliquid fac non uoluntate fac sed necessitate. quia enim potestatis suae
non est fac inutilis quod sibi praeceptum est. Quis ergo erit merces mea ut euangeli
um praedicans. sine sumptu officiam euangelium? ut non abutar potestate mea